





481

479.

1781, 8.

# PROCANCELLARIUS IOS. LVD. ERN. PÜTTMANNVS

I. V. D. TIT. DE V. S. ET R. I. ANTECESSOR ORDINAR.  
NEC NON COLLEG. ICTOR. ASSESSOR

SOLLEMNIA IN AVGVRALIA  
PRAECLARISSIMI CANDIDATI  
CAROLI HENRICI SCHWABII

NOSSENENSIS

A. D. XVIII SEPT. MDCCCLXXXI.

PVBLINE CELEBRANDA

INDICIT

---

De eo

quod inter feudum pecuniarium, pecuniam feudalem, pecuniam ex feudo  
solvendam et constitutum feudale interest.

HISTORICAE  
102 FUD. PRIN. PATTMANNIUS  
SOTHEMII INVOCARVATI  
BREVIARIISMI CANDIDATI  
GALLOLI HERKIDI SCHWABII

D. 50

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt  
urn:nbn:de:gbv:3:1-330510-p0004-5

**D**e feudo pecuniaro, pecunia feudali et pecunia ex  
feudo soluenda eti multi multa dixerunt, a) saepius  
tamen intellexi, etiamnum esse haud paucos, quos verae,  
quibus haec res distinguuntur, praeterent notae, quique hac

A 2 de re

- a) En scriptorum hac pertinentium indicem: N. C. LYNCKER de feudo  
pecuniaro, in Thes. Ienich. Tom. III. p. 20. A. MYLIUS de feudo in  
pecunia consistente, Ib. p. 62. I. A. FRANCKENSTEIN de feudo in  
pecunia constituto, Ib. p. 88. L. C. DIETHHEM de pecunia ex feudo,  
Norimb. 1659. I. H. MEIER de pecun. feud. in feudum redact. Erf.  
1691. A. H. FOERSTER v. Lehnstammen und deren Rechten, Altenb.  
1726. C. H. BERGER progr. de diuersitate pecun. quae Lehnsgvanta-  
num et Lehnsgvanto dicitur, Vir. 1727. A. BALTHASAR de pecunia  
feudali, in specie Pomeranica, Gryph. 1738. C. M. DAEGENER gründ-  
licher Unterricht von Lehnstamm, Lips. 1745. I. V. LIB BAR. DE  
CRAMER von einem Lehnsgvivalent, als einer Art eines Lehnsgam-  
mes, in eius Westl. N. Et. P. 93. p. 104. Idem de pecunia feudali  
feideicommiss. familiæ specie, in eiusd. Opusc. T. II. n. 25. Ill. H. G.  
BAUER de pecunia feudal, Lips. 1764. Id de pecunia non feudali, ib.  
1768. ANONYMI Bestimmung des Unterschieds zwischen dem Lehnsg-  
stamm und Lehnsgvanto in den Dresdinschen gelehrten Anzeigen  
d. A. 1768 no. 23. S. R. F. G. ZOLLER quaedam capita feudi, quod  
germanice vocatur ein Lehnstamm, Lips. 1769. C. H. GEISLER de  
pecunia in feudo constituta, Lips. 1770. Ill. I. A. CLEEMANN de  
feudo pecuniaro, ib. 1771. TRAUG. THOMASII progr. de pecunia  
feudali, Lips. 1774. C. A. Schulzens Versuch über das, was in  
Sachsen wegen der Lehnstämme bey einem Creditore rechtens  
ist, Dresd. 1779. Ill. H. G. BAUERI progr. de iure pecuniae feudalit,  
quae vocatur Lehnsgvantum in concurs. creditor. Lips. 1781.

## IV

de re non satis explorate iudicent; verbisue vtantur tam obscuris, vt ad intelligendum, quid sibi velint, sphinge non vna opus esse videatur. Evidem et si haud ita mihi Suffenus sum, vt aut cernere acutius aliis, aut rem melius, quam a viris multo me intelligentioribus factum est, enarrare me posse existimem, periculum tamen faciam, an rei haud sua natura, sed interpretum culpa aliquantum intricatae nonnihil lucis accendere possim, non eo certe fine, vt noua in praesenti proponam, sed vt solam veritatem, de qua vnicet hic agitur, ante oculos habeam.

Ac primum quidem feudum pecuniarium nihil aliud est, ac ins fortis cuiusdam vſuras singulis annis aut certo aliquo tempore percipiendi sub lege fidei vasallitiae alicui concessum, idque, ne cum reliquis, de quibus dicere insituimus, rebus confundatur, cum LVNIGIO in C. I. F. Tom. III. p. 667. germanice *Geldlehen* vocamus. Origo feudi pecuniarii absque dubio iis temporibus quaerenda est, quibus re clientelari pro more seculi indies magis inualescente, virisque principibus magno vasallorum numero sibi placentibus, neque tamen praediis fundisque ad feuda constituenda sufficienibus, factum est, vt sortes etiam pecuniariae in feudum darentur, ea scilicet lege, vt vasallus nequaquam plenam earum proprietatem nancisceretur, sed iuris duntaxat vſuras aut quodcumque aliud emolumentum inde percipiendi particeps fieret. Potest autem feendum in pecunia triplici constitui modo, scilicet 1) ita, vt fors ipsi vasallo sub lege fidelitatis, praefixaque cautione de aequali summa in casum finiti nexus feudalis restituenda, exhibeat, 2) vt pecunia tertio alicui ea lege, vt vasallo vſuras praestet, credatur, 3) vt ipse dominus pecuniam cum onere vſuras vasallo soluendi retineat b). Ac habemus quidem huiusmodi feudorum tantam

b) C. L. STIEGLITZ de iuribus et actionibus in feud. concessis. §. 23. sq.

tantam copiam, vt dies me deficeret, si exempla duntaxat  
praecipua maximeque illustria hic recensere vellem. Ne  
tamen nullum plane adseram, en litteras clientelares c), qui-  
bus ALBERTVS Imp. an. 1301. HENRICVM, EMICHONEM,  
OTTONEM, et IOANNEM, fratres comitesque de NASSAV 1200.  
marcis denariorum inuestiuit, eoque nomine simul complu-  
res Imp. vasallos ad obstagium subeundum obligauit his  
verbis:

*Nos Albertus, Dei gratia Rom. Rex semper Augustus, ad  
universorum notitiam volumus peruenire, quod consideran-  
tes nobilium virorum, Henrici, Emichonis, Ottonis et Ioan-  
nis, fratrum comitum de Nassau, dilectorum fidelium, puri-  
tatem fidei et virtuosa merita, quibus coruscare multiplica-  
ter dinoscuntur, ipsis nobis et imperio in adiutores et serui-  
tores duximus conquirendos, promittentes, nos ipsis propter  
hoc mille ducentas marcas denariorum Colonensem, tribus  
ballen. computandis pro denario, usque ad dominicam Inno-  
cuit proxime venturam soluturos, pro quibus quidem mar-  
cas praedictis comitibus fideiissiores obligamus infra scriptos,  
videlicet venerabilem Henricum Faldensis Ecclesiae Abbatem,  
principem nostrum dilectum, nobiles viros Eberhardum de  
Carzenelbogen, Eberhardum de Wirtemberg, Burchardum  
de Hobemberg, Georgium Hirsum et Rudolfum de Werten-  
berg, comites Craftonem et Albertum de Hohenloch, Ioannem  
de Lichtenberg, aduocatum Alsatias, Ottонem de O'fenstein,  
Vhricum de Hanaw, aduocatum Wetterauiae, Gotfridum de  
Brunecke, Ioannem, burggrauium de Rineck, Reinhardum  
de Stralemburg et Iacobum de Vrowenueilt, curiae nostrarae  
magistrum, dilectos nostros fideles, qui, si memoratam pe-  
A 3 cuniae*

e) Quas edidit I. L. REINHARD in den juristischen u. historischen kleinen  
Ausführungen, Pars. II. p 277.

cuniae summa non persoluerimus, praedicta dominica Invo-  
cauit, a dictis comitibus de Nassau moniti, ex tunc infra  
quindenam Fridberg ciuitatem nostram intrabunt, fideiussio-  
nis debitum expleturi tamdiu, quoisque praefatis de Nassau  
comitibus persoluerimus pecuniam suprascriptam. Adiectum  
est etiam et condicuum, quod fideiussorum praedictorum quili-  
bet vnum nobilem famulum cum uno equo pro se ad exfol-  
vendum obstagium in Fridberg poterit ponere seu locare. Da-  
tum in castris ante Pinginam, anno domini millesimo trecen-  
tesimo primo, 6. Kalen. Septembris, regni vero nostri anno  
quarto.

En porro alias d), quibus an. 1415. a WERNHERO,  
Archiepiscopo Treuirense, centum florenorum summa inue-  
titus est IOANNES Comes de WIED et Dynasta in ISEN-  
BURG:

Wir Werner von Gots guaden, Erzbischoff zu Trier, des  
heiligen Noemischen Reichs durch Welscheland vnd daz ko-  
myngrich zu Arelat Erzcancelier, dum lunt allen Luden vnd  
bekennen offentlich an diesem briebe, daz wir von besondern  
vnsern guaden vnd vnb Dienst, den vns vnd vnsine Stifte  
von Trier der Edel Johann von Wiede herre zu Isenburg,  
vnsrer lieber neue vnd getruwe, getau hait vnd vrbafz dum sal  
vnd mag, denselben Johan vnd syne rechte lybs lehens er-  
ben sone von syme lybe geboren, vns vnd vnsine Stifte von  
Trier von unves zu manne han gewonnen umb hundert gu-  
de swere Mynsche gulde geldes, die wir vnsre nakomen  
Erzbischoure vnd Stifte von Trier yme vnd synen rechten  
lybs lehns erben sonen von syme lybe geboren um vorter alle  
Jaix

d) Quas exhibet Conf. FISCHERUS in quantius precii libro, qui sub  
tit. Geschlechterscrlie der urwten reichsständischen Häuser Isenburg,  
Wied und Niedel, Murbem. 1778. prod. in App. no. 199. p. 234.

Jār uff seite Mertins Dag ymme winter off vnsine Zelle zu  
Bopard sullen dun geben vnd handreichen, in aller maißen  
vurworten vnd unterscheide, als desselben Johans Brieff,  
den er vns daruber gegeben hait, clerlich innheldet, rel.

Et ne exemplum desit recentius idemque domesticum,  
ecce formulam litterarum Dic. AVGVSTI, Elect. Sax. prima  
stamina feudi pecuniarii pro illustrissima gente COMITVM DE  
LOESER sigillatimque Marechallo hereditario Elect. Sax. con-  
stituti continentium e):

Wir haben dein Schreiben, darinne du demthig bittest,  
deinen Kindern die 6000. Gulden, so Wir deinem Manne  
seel. vorgesetzet, aus Gnaden zu erlassen, verlesen. Wies-  
wohl Uns nun bedenklich stehtet, eine solche Summe zu er-  
lassen, dafselbe auch wohl beymesset, so haben Wir es auch  
lange ohne Nutzung gefunden. Dieweil Wir Uns aber ers-  
innern, daß Wir an deinem Manne die Zeit seures Lebens  
einen aufrichtigen treuen Diener und Lehnen-Mann gehabt,  
auch der gnädigen Zuversicht seyn, deine Söhne werden —  
Sind Wir gesonnen, dich und sie ihres Vatens Dienste ge-  
niesen zu lassen, wollen berührtte Summa vorgestalt aus  
Gnaden erlassen und dieselbe deinem Sohne einen, welchen  
Wir das Erb-Marschall-Amt leihen werden, zu gute kom-  
men (lassen) und als ein eigenthümlich Lehn zu desto stadtli-  
cher Erhaltung des Erb-Marschall-Amts geben haben.  
Datur Dresden, den 3. April, 1581.

vnde lucem simul accepit, quod scribit i. g. HORN in d.  
Histor. Handbiblioth. v Sachsen P. I. p. 80. Die neuesten  
Lehnsscheine und Registraturen geben, daß der Chursächsische  
Erb-

e) Summus ex VALENT. KOENIGII genealogischer Adelshistorie,  
(Lipf. 1727.) Tom. I. p. 604

Erb-Marschall jeho noch altewege beym Antritt mit 6000 fl.  
im Mittel der Land und Franksteuer stehend, als einem fundo seines salarii, beliehen werde.

Pertinent etiam hoc sortes pecuniariae, eum in finem,  
ut successio feudalis in iis obtineat, in feudum oblatae, cu-  
iusmodi formula nuper in manus meas peruenit, his fere ver-  
bis scripta:

Von Gottes Gnaden — Nachdem Uns Unser lieber Ge-  
treuer A. in Unterthänigkeit vorgebracht, wie daß B. und  
C. vermdge eines zwischen ihnen aufgerichteten Vertrags  
vor seine Ansforderung und Zuspruch, so er der Sip und  
Erbeschafft halber an dem Ritterguthe D. wieder sie erhö-  
ben, 3000 Gulden Kauff-Summa auf Michael. a. c. zu  
erlegen und endlichen zu zahlen schuldig worden, jedoch daß  
er und seine Erben ernannte Kauff-Summa wiederum an  
Lehn-Güther anlegen und mittler Zeit zu Mannlehn machen,  
auch oberwehnt seine Vettern und derselben Erben in die ge-  
samte Hand daran bringen solle; Damit nun obangezoge-  
nen Vertrage von ihm gehorsamlichen möchte nachgesetzt  
werden, hat er Uns in Unterthänigkeit angelangt und gebe-  
then, daß wir mehbemeldter Haupt-Summa derer 3000  
Gulden mittlerweile und bis ihme dieselbe von oberwehnten  
seinen Vettern gezahlet würde und er dieselbe alsdenn an  
Lehn-Güther anlegen könnte, ihre erbliche Art und Eigen-  
schaft behnehmen und ihme die zu rechten Mannlehn-Guth  
machen, verschreiben, reichen und leihen wollen; Als ha-  
ben Wir solch seine unterthänige Bitte angesehen und dar-  
auf aus Fürstl. Macht und Obrigkeit mehrüberurter Kauff-  
Summa ihre erbliche Art und Eigenschaft benommen und  
gedachten A. zu rechten Mannlehn gnädigl. verschrieben,  
gereicht und geliehen, mit allen Rechten, uns daran zu ver-  
leihen

leihen gebührende. Reichen und leihen Ihme und seinen rechten Leibes - Lehn - Erben obberürte Summe Geldes zu rechten Mannlehn hiermit und in kraft dieses Briefs, und wollen, daß dieselbe vor Mannlehn geachtet, geschätzet, gehalten und erkannt, auch also verfället und vererbet, und wenn sie die zu ihren Händen bekommen, an Mannlehn - Guther in unsern Landen wiederum angelegt, oder mit unsern Vorwissen förder ausgeliehen werden solle, die auch von unsern Erben und Nachkommen zu rechten Mannlehn immer zu haben, zu besitzen, zu geniessen, zu gebrauchen, und wie es sich gebühret, zu verdienien. rel.

atque hinc, ni fallor, lux accedit verbis *Mand. Sax. d. d. 30.*  
*Apr. 1764. Tit. I. §. 14.* Was in vorhergehenden von Surchung und Muthung der Lehn und Mitbelehnshaft geordnet worden, solches ist auch bey denen wirklichen Lehn - Stämmen, da nehmlich ein gewisses Geld - Quantum von dem Lehn - Herrn auf vorgegangene Oblation zu Lehn gemacht und verliehen worden, von Fällen zu Fällen genau zu beobachten, jedoch darf die Lehn und gesammte Hand an einem Lehn - Stämme nicht von neuen gesucht werden, wenn solcher nur von einem Guther auf das andere gelegt wird. Neque enim hic vocabulo des Lehnstamms feuda pecuniaria generatim, (quod certe prohibit verba auf vorgegangene Oblation) sed sortes illae pecuniariae, quae in commodum simultanee inuestitorum praeuia oblatione infeudantur, venire videntur. Subsimiles formulas habet LVNIGIVS in *C. I. F. Tom. III. p. 667.*  
*seq.*

Ceterum feuda pecuniaria ab ordinaria feudorum indeole nequaquam deflectunt, sed vera vtique sunt et propria, nisi paclis singularibus aljud placuerit. Nec est, quod quemquam morentur verba *II. F. i. Sciendum est, feendum sine beneficium*

*neficium non nisi in rebus soli aut solo cohaerentibus posse consistere.* Bene enim habet, quod additum est: *aut in iis, quae inter immobilia connumerantur, veluti cum de camera, aut de cauena feudum datur, dudumque alii monuerunt, verum huiusmodi feudorum obiectum (scilicet materiam) non esse res mobiles, sed ius potius eas tempore constituto percipiendi, iisque saluo iure domini directi utendi fruendi, nec male.* G. S. TREVERVS in Paed. iur. feud. vniu. §. 14. *Res immobilis, quae olim a nonnullis essentiae feudi fuit attributa, ne quidem locum inter eius naturalia tueri potest.* Nam eadem ratione essentiam feudi plane consequitur, etiam in re mobili dominium utile concedi posse. *Quid? quod feuda soldatae, camerae, cauenae, antiquiora longe fuisse et magis propria, quam rerum immobilium concessiones, probabilissimum reddit germanorum historia, ut iam Eybenius ostendit.* Cum igitur feuda pecuniaria ex praescripto regulae feudis accensenda sint propriis eorumque iure vtantur, diutius iis hic immorari plane superuacuum ducimus, quippe qui in praesenti nequaquam feudorum proprietorum naturam ac indolem, sed notas duntaxat, quibus pecuniam feudalem a quanto feudali, et vtrumque a feudo pecuniario distinguere conuenit, breuiter strictimque enarrare constuiimus.

*Pecuniae feudalis nomine (vulgo d. Lehnstammis) ve-*  
*nit summa illa pecuniaria, ad quam inuestitura simultanea pa-*  
*ctis subinde restrinxitur f).* Cum scilicet simultanea inuesti-  
*tura regulariter integrum ad feudum pertineat, hoc autem*  
*vasallo principali quodammodo graue sit ac onerosum, du-*  
*bis*

f) Atque hanc pecuniae summam, ad quam simultanea inuestitura restringitur, ne cum feudo pecuniario confundatur, Lehnquantum, quam Lehnstamm, dicere mauult i. G. BAUER in *diff. de form. ac definit. comm. Sax. man.* §. 35.

bus circiter abhinc seculis inualuit mos, vt ius simultaneae inuestiturae ad certam summatum restringeretur, reliqua feudi parte libero possessoris arbitrio relista, eumque maxime in finem litterae placuerunt reuersales, quibus, quae inter partes placuerunt, comprehendantur. Formulae litterarum huiusmodi reuersalium exemplum ita fere se habet:

Nachdem A. mich gegen Ausstellung eines Reverses in die gesamte Hand an dem Guthe B. zu nehmen beliebet; Als verbinde ich mich hierdurch sowohl vor mich als meine männliche Descendenten, daß diese Einnehmung außer dem quanto des nachgesetzten Lehn-Stamms weder ihm noch seinen Erben im geringsten nachtheilig seyn, sondern er und die seinigen mit besagten Guthe jederzeit frey zu thun und zu lassen, solches nach Belieben zu verpfänden, zu verleibdingen, darüber sowohl unter den lebendigen als auf den Todesfall zu disponiren und selbiges zu veräußern, (als wor ein ich meinen Consens auf jedesmahliges Verlangen zu ertheilen verspreche) vollkommene Macht und Gewalt haben sollen, jedoch mit dem ausdrücklichen Vorbehalt, daß in ob bemeldten Fällen, oder wenn keine männliche Lehn-Folger vorhanden, mir und meinen männlichen Lehn-Erben Ein tausend Gulden unbeschwerter Lehn-Stamm, wie nicht weniger der Vorkauf an obgedachten Guthe um einen billigmäßigen Preis verbleibe g).

Quandoquidem igitur summa illa pecunaria feudo reaperte substituitur, s. vt vulgo loquantur, eius est surrogatum, in illa non aliter, ac ipso in feudo, qualemunque deum illud sit b), succeditur. Interest tamen, an quis toto de feudo simul inuestitus

B 2

stitus

g) Subsimilis formula legitur in C. H. DE BERGER Decis. no. 527.

b) Propterea quod (vt iam alibi monimus, singularique progr. Lips. 1746. docut I. G. BAUER.) simultanea inuestitura naturam feudi, quo quis simul inuestitus est, participat.

situs fuerit, pactoque, certa se summa contentum fore, promiserit, an simultaneae inuestiturae ratione certae duntaxat summae particeps factus sit. Illo quidem casu, successione ipsi delata, totum in feudum, hoc contra non nisi in summam illam pecuniariam succedit. G. STVRM de feud nobil. et rusticor. in Sax. §. 20. Exorto creditorum concursu eiusmodi pecuniae summa nequaquam cum aliis debitis confundenda, sed separatis adjudicanda est, propterea quod simul inuestitus iure condominii (per inuestitaram impetrati) rei, de qua inuestitus est, pretium, tamquam eius surrogatum, modo summae in litteris reuersalibus expressae, vindicare potest. Conf. I. G. BAVER diss. de form. ac definit. comm. Sax. man. §. 67. seq. eiusdemque progr. de pretio in locum inuestitae simultaneae succedente, Lips. 1762. Nec aliter I. G. SIEGEL in diss. de divisione feudi successionem simultaneae inuestitor, non restringent. §. 10. Simultanea inuestitura ad certam summam ius succedendi in ipsa feudi substantia tribuit, pro ea scilicet feudi parte, quam summa determinata constituit, et iam ante illos I. G. HEINECCIVS in Conf. et Resp. no. 106. p. 579. ubi quaestio, an simultanea inuestitis propter summam feudalem (d. Lehinstamm) ius reale in ipsa feudi substantia competit? recte aiendo deciditur. Neque tamen moto creditorum concursu eiusmodi summam feudalem debito praeferriri vetustiori, docet idem Conf. 125. p. 634. seq. Filius, ad quem pecunia feudal is a patre peruenit, eius contemplatione creditoribus etiam paternis obligari videtur, arg. Edict. Torgau. Tit. Welchergestalt die Agnaten §. Da aber ein Vater. Ceterum, nec translationem, nec appropriationem sortis feudal absque domini directi consensu fieri posse, monet G. STVRM l. c. §. 23. i).

Quan-

i) Iuuat etiam hic notare, nudam quidem inuestitram simultaneam a cautione pro expensis haud liberare, illum autem, qui vsluras pecuniae

*Quantitas porro feudalis (Lehnsvolumen) audit, quidquid aut coheredi suam feudi partem alteri cedenti, aut simultaneo inuestito in commodum alterius feudo se abdicanti k) solvit, qua de re haud male SIEGEL l. c. Circa quantitatem ex feudo praestandam nullus nexus feudalis, nulla indeles feudi appetet, sed allodii iure censetur, nisi successio feudalis paucitudo ipsi tribuza fuerit. Ad tolem quantitatem pecuniae summa referuntur, quam simultaneo inuestiti accipiunt, indeque vi litterarum reuersalium feudum delatum iis, quos vasallus denominavit, tradere obstricti sunt. Pariter hoc spectat pecunia, quam ii accipiunt, qui feudum delatum successori tribuunt, proportionibus suis certam summam sibi stipulantes, ubi interdum conuenit, ut in ista summa instar feudi succedatur. Pecunia scilicet ex feudo praestanda successoribus feudalibus, an heredibus allodialibus cedere debeat, ex pacto eam in rem inito iudicare oportet; regulariter autem allodii iure censetur, nec aliter, ac allodium, ad heredes transmittitur. Neque eiusmodi pecunia prius reapse feudalis fit, quam ei praevia oblatione qualitas feudalis a domino directo indita fuerit.*

B 3

En

niae feudalis (Lehnsvolumen) percipit, eadem a cautione immunem esse. Vid. CAR. FERD. HOMMELII Rhaps. Obs. 156.

- k) Formula hoc casu ita fere se habet: Daferne nach Absterben A. ohne männlicher Descendenz, oder nach Abgang seines Mannsstammes das Guth B. würtlich an mich oder mein Erben verfallen sollte, und selbiges in einer Disposition jemanden zugeignet wäre, so bin ich und meine Erben solches gegen Erhaltung einer Summe von 1000 Rthlr. demjenigen, welchem es in der Disposition überlassen, abzutreten, oder, daferne bey der Abtretung eine Bedenklichkeit sich ereignen sollte, selbiges mit Zustichung dessen welchem es in der Disposition beschieden, zu verkaufen und das Kaufpreium letztern zu überlassen, oder auf dessen Verlangen das Guth selbst zu behalten und dessen wahren Werth dem Erben nach Abzug obiger 1000 Rthlr. zu vergnügen schuldig. Conf. 1. g. SIEGELII diff. sec. de litteris feudi reserv. p. 36.

En verba *Conf. Sax. 30. P. III.* Wann einer ex pacto zusagt, sein Geld, das er von dem Lehen-Guth beklammmt, wieder an Lehen zu wenden und seine Brüder oder Vettern in die gesammte Hand zu bringen, und er verstirbt, ehe solches geschicht, daß alsdann dieses Geld auf seine Erben verfallen werde. Es seyn aber dieselben wiederum ad interesse verhaft und müssen des verstorbenen Zusage als Erben halten, und wann das Geld durch den Lehen-Herrn zu Lehen gemacht, so soll es vor Lehen gesprochen werden. Pecuniae quidem fratri a fratre post feudi paterni divisionem ea conditione, vt in feudum impendatur, eique spes sit, illam iure successionis feudalnis aliquando recipiendi, solutae vi huius pacti, et si domini consensus haud accenserit, qualitatem feudalem ita inhaerere, vt promittentis heredes istam pecuniae summam, tamquam partem hereditatis allodialis, petere haud possint, sed ea potius iure successionis feudalnis aestimanda sit, docet i. g. SIEGEL. in *Obs. forens. no. 5.* Quemadmodum autem generatim pacta non nisi pacientes eoruinque heredes obligant, ita etiam pacta plures inter feudi consortes inita nec dominum direxum, nec creditores obstringunt, vtque omnis dubii tollendi causa litterarum reuersalium confirmationi <sup>1)</sup> clausula salutaris: Jedoch Uns, Unsern Erben und Nachkommen an Unsern hohen Regelien und Gerechtigkeiten, wie die Namen haben mögen, auch sonst jedermanniglich an seinen Rechten ohne Schaden, inseratur, *Rescriptum d. d. 6. Sept. 1743. in Suppl. C. A. Tom. I. p. 105.* praecipit. Pecuniam, quam unus ex defuncti vasalli filiis fratribus suis pro partibus, quas hi ipsi in feudo habebant, exsoluit, illo sine descendantibus masculis mortuo, si ea de re nihil conuenit, heredes eius allo-

<sup>1)</sup> Sola pacti, quo de summa aliqua pecuniae ex feudo soluenda convenit, confirmatio a domino licet directo facta eidem summae ius pecuniae feudalnis haud tribuit.

allodiales repetere nequeunt, sed fratres superstites aliiue  
simultaneo inuestiti illam simul cum feudo retinent. Conf.  
G. C. BASTINELLER *Dec. thes. feud.* no. 6. In Lusatia autem  
sup. pecunia ex feudo soluta necessario feudo impendi, aut  
feudalis fieri debet. Vid. *Oberlaus. Lehnssordn.* d. a. 1653. §.  
Da auch Brüder, i. p. DE LVDEWIG differ. *iur. feud. comm.*  
atque *Lusat.* no. 14. et Fragmente des Lausitz. Rechts §. 17.

Atque ex his facile iam erit iudicatu, haud inane inter  
pecuniam feudalem (Lehnstamm) et pecuniam ex feudo foluen-  
dam (Lehnquantum) esse discrimin, nec absque idonea ra-  
tione inter utrumque in O. P. S. R. Tit. XL §. 3. distingui  
his verbis: Jedoch ist dieses (dass inskünftige von dem Kauff-  
Gelde eines subhastirten Lehn-Guthes allein die debita feudalia  
bezahlet, die Nehermäss aber wieder zu Lehn gemachtet, oder  
an ein Lehn gewendet und die Mitbelehniten daran zur gesannten  
Hand gebracht werden sollen,) auf solche Lehen-Güther, —  
da vermöge verhandener pactorum oder Reverse, wenn auch  
selbige gleich nicht confirmiret, denen Mitbelehniten nur ein ge-  
wißer Lehn-Stamm oder auch nur ein Lehn-Quantum aus-  
gesetzt ist, nicht zu erstrecken, als in welchen letztern Fall sie  
mit solchem Lehn-Stamm oder Quanta sich billig begnügen  
lassen, itemque Tit. XLV. §. 6. Also soll in Zukunft weder de-  
nen Töchtern wegen ihrer Ausstattung, noch denen Mitbelehn-  
ten wegen eines Lehn-Quanti ein ius reale an Lehn-Güthern  
zustehen, vbi vocabulo Lehnquantum nec feudum pecunia-  
rium, nec summa illa pecuniaria, ad quam simultanea inue-  
stitura restringitur, sed pretium partis feudi ab uno cohe-  
rede alteri cessae s. venditae significatur, Conf. i. G. BAVERI  
*diss. de form. ac definit. comm. Sax. man.* §. 72. m) Ceterum  
pecu-

m) Errant igitur, qui pecuniam feudalem (den Lehnstamm) a pecunia,  
vulgo Lehnquantum dicta, nihil differre existimant. Vid. *Access.*  
*ad Hornii iurispr. feud.* p. 15.

pecunia ex feudo soluenda (Lehnsgquantum) passim etiam vocatur Lehnss-Portion, e. g. in Mand. Sax. Die Edictal-Citation in Civil-Sachen außerhalb des *concurrus creditor.* betr. d. d. 13. Nov. 1779. vbi §. 1. no. 5. publicis citationibus tunc quoque locus datur, wenn bey Lehnss-Portionen oder Lehnss-Quantis, so nicht zu Lehn aufgetragen, sondern bloß durch Vergleich unter Agnaten festgesetzt worden, einige weitere Theilhabere daran nicht bekannt sind, und der letzte Per-  
ipient deren Absterben gnüglich beyzubringen nicht vermag.

In solutione summae feudalis, aequa ac pecuniae ex feudo debitae, mutato monetae valore praestandum simul est id, quod vulgo collybum (agio) vocant. Vid. MENCKEN Pand. XLVI. 3. 10. Nunc quidem apud nos pro centum thaleris ante d. 16. Ian. 1690. constitutis 123. thal. 9. gross. et 6. numm. soluendi sunt. Vid. Leipziger Intelligenzblatt d. a. 1773. no. 9.

Haud ingratum, spero, erit lectoribus nostris, si relatum simul hic legerint, quid ANONYMVS in *Ephemerid. litterar. Dresdens.* d. a. 1768. cuius not. a. mentionem fecimus, quique multis prae aliis aequo Ioue de discrimine inter Lehnstamm et Lehnsgquantum iudicauit, hanc in rem commentatus sit. Das wichtigste Unterscheidungs-Merkmal, inquit, besteht darin, daß der zur Perception des Lehnstamms gelangende Mitbelehnte nicht das völliche Eigenthum in Ansehung der Substanz des Lehnstamms erhält, indem die entfernteren Mitbelehnten die gesamme Hand an demselben so lange behalten, bis der Oberlehn-Herr nach völlicher Erlösung der Lehnsfähigen Nachkommenschaft der Mitbelehnten diesen Lehnstamm mittelst der sogenannten Consolidation an sich nimmt. Dergleichen Lehnstämme werden gemeiniglich durch Verträge bestimmt, und haben den Entzweck, theils den männlichen Nachkommen der mitbelehnnten Häuser einen be-  
stän-

ständigen Unterhalt zu versichern, theils aber den jedesmahligen Besitzern der mit solchen Lehnstämmen behafteten Güthe die Freyheit zu gewähren, in Ansehung derselben alle Arten von Dispositionen auf den Todesfall und unter den Lebendigen zu treffen. Eine ganz andere Beschaffenheit hat es mit dem eigentlich sogenannten Lehnspunto, indem der zu dessen Perception gelangende Vasall bey dem sich ereignenden Successions-Fall das völliche Eigenthum in Ansehung derselben sogleich erhält. Diese Lehnspanta werden gemeiniglich durch ausgestellte Reversales von denjenigen Mitbelehnten feste gesetzt, welchen der vasallus principalis bey Erkaufung eines neuen Lehn-Guthes die gesammte Hand an demselben bekennen lässt, und der Entzweck, den man hierbey zu erreichen sucht, ist kein anderer, als dieser, denjenigen Nachkommen des Besitzers eines solchen neuacquirirten Lehn-Guthes den Besitz desselben zu versichern, welche nach Erledigung der lehnsfähigen Descendenz derselben entweder wegen der dem Guthe anflebenden besondern Lehn-Qualität, oder nach Anleitung der Lehnbriefe oder Lehnrechte in Ansehung derselben zur Succession unfähig sind. Und sobald sich dieser letztere Fall ereignet, daß der Mitbelehnte gehalten ist, ein solches Lehn-Guth entweder denen Nachkommen des vasalli principalis, die nach dem Innhalte der Lehnbriefe und Lehnrechte zur Succession eigentlich nicht vor fähig geachtet werden können, oder den fremden Personen, welchen der letztere Besitzer solches durch Disposition zugeeignet, abzutreten und zu übergeben, so gelanget der Mitbelehnte alsbald zur Perception des per reuersales bestimmten Lehnspanta, verliertet aber eben dadurch sogleich die an dem abgetretenen Guthe vorher gehabte gesamme Hand, indem die Abtretung derselben nothwendig bewirket, daß ein solches tradirtes Lehn-Guth eo ipso die Eigenschaft eines feudi noui erlanget; vbi tamen minus recte

se habere videtur, quod de consolidatione ait *Anonymous* noster. Potior enim mihi videtur sententia, quae legitur in *Promt. iur. Bertoch. Hommelian.*, p. 2101. *Si dominus huius pecuniae feudalis moriatur sine prole mascula, haec pecunia a feudo absorbetur et cedit non domino directo, non allodialibus defuncti heredibus, sed vasallo feudi possessori. In substantiam eius executio fieri non potest, quoniam feudi possessor spem habet in eam succedendi, quae ipsi interuteri nequit; nisi forte *Anonymous* ille hoc in animo habuerit, feudo ipso ob defectum successorum feudalium simultaneaque inuestitorum ad dominum reverso pecuniam etiam feudalem (den Lehnstamm) lucro domini cedere, quod certe in dubium vocari haud potest.*

Ab his omnibus, quorum mentionem adhuc fecimus, differt denique *constitutum feudale*, quo simultanea inuestitus promittit, se ex feudo ad se devoluto heredibus vasalli allodialibus certam pecuniae summam soluturum, feendumque ante factam solutionem hanc occupaturum esse, qua de re itidem varie sentiunt interpretes, e. g. *SCHOPPIVS* in *Thef. f. end. pract. II. n. H. BROCKES* in *diff. de iure pecuniae heredibus vlt. possess. feudi soluendae*, et *F. E. A PUFENDORF Obs. iur. vniu. Tom. III. Obs. 148.* Mihi quidem *PUFENDORFI* placet sententia, constitutum scilicet feudale allodii iure censeri, et reapse in bonis esse vasalli, ab eoque non modo onerari et oppignorari posse, sed eius etiam (forte obaerati) creditoribus cedere, nec ad defuncti filiam aut sororem alio, ac hereditario, iure transmitti.

Sed

Sed indicenda nunc sunt sollemnia inauguralia  
**C A N D I D A T I D I G N I S S I M I**  
**C A R O L I H E N R I C I S C H W A B I I**

**N O S S E N E N S I S ,**  
 qui de vita sua, laudabiliter adhuc acta, ipse his verbis exposuit:

Natus sum Nossense in Misnia prid. Cal. Sept. C I O C C X L I X . patre Carolo Henrico Schwabio, Serenissimi Electoris Saxoniae a consilii rei metallicae, matre Maria Henrietta, Koehleri, Serenissimi Electoris Saxoniae in causis commissionum quondam consiliarii ac Praefecturae Nossensis praefecti filia, quibus adhuc saluis fruor, et, ut quam diuissime fruar, diuinum Numen adoro. Primum domesticâ institutione Beckeri, nunc ecclesiae Furckheimensis Pastoris, fidelis et diligenter usus sum. Mouit deinde indulgentissimum pâ-trem Müller, nunc Scholae Prouincialis Misnensis Correctoris, celebrata fides atque eruditio, ut A. M D C C L X I V . me ipsius curae concrederet, qui vere paterno de me bene merendi studio me sibi deuincissimum reddidit. Sic præparatus A. M D C C L X I X . a Plazio t. t. fasces Academiae tenente tabulis publicis insertus in hac litterarum Vniuersitate litteris operam dare coepi, ubi in philosophicis Winckleri, Gellerti, Schmidii et Seyalizii, in historiis Hommelii, Zollerii, Baueri, Segovi, Schotti, Franckii, Richteri, Sammetii, Clemanni, Creuzigeri, Wollii, Einerti, Breuningii, in medicina denique forensi Platneri scholis interfui. A. M D C C L X X I V . praeside Ill. Segero dissertationem de aliamentis viduae indotatae ex feudo debitis defendi, et anno in sequenti examen pro candidatura subii, nec non a Senatu Ampliss. Lips. Norarii manus accepi; inde ineunte anno M D C C L X X V I . ex Serenissimi Electoris Sax. gratia et indulgentia in numerum adiutorum relatus causis in foro orandis operam dedi.

C 2

Nunc

Nunc ad altiora progressurus Collegium nostrum adiit,  
 vtque summi in iure honores ipsi tribuantur, petiit. Cui  
 desiderio, postquam ad examen, quod vocant, rigorosura  
 admissus Collegii expectationi omnino et prae ceteris satis-  
 fecit, cum deesse haud potuerimus, vt publice etiam de  
 doctrina eius atque eruditione constet, die XVIII huius mensis  
 in auditorio Ictorum, hora a meridie II, l. 5. C. de commerc.  
 et mercator. interpretabitur, deinde autem proximo die  
 XVIII Septembr. hora IX. eodem loco dissertationem de  
*coloniis mercatorum in Germania, praesertim Saxonia,* a se ipso  
 conscriptam, Praeside Illustr. Excellentiss. atque Consultiss.  
 IO. THEOPHILO SEGERO, Supremae in Provincia Cu-  
 riae, nec non Ordinis Ictor. Lips. Affectore, publice defendet,  
 quo facto idem Vir Illustr. atque Excellentiss. Dom. IO.  
 THEOPH. SEGERVS, fautor collegaque honoratissimus, cui  
 ex decreto eiusdem Ordinis promotoris munus delegau,  
 summos ipsi in iure honores cum omnibus priuilegiis atque  
 iuribus huic dignitati adnexis, sola spe ad Ordinem nostrum  
 adspirandi excepta, tribuet atque concedet.

Quam sollemnitatem vt Rector Academiae Magnificus,  
 Comites Illustrissimi, viriusque Reipublicae Proceres grauissimi,  
 Cives denique generosissimi nobilissimique praesentia sua hono-  
 rifica splendidiorem reddere ne dedignentur, enixissime  
 rogo. Sc. Lips. a. d. xv. Septembr. MDCCCLXXXI.



Leipzig, Diss., 1781

ULB Halle  
005 361 443

3







1781.8.

# PROCANCELLARIUS IOS. LVD. ERN. PÜTTMANNVS

I. V. D. TIT. DE V. S. ET R. I. ANTECESSOR ORDINAR.  
NEG NON COLLEG. ICTOR. ASSESSOR

## SOLLEMNIA IN AVGVRALIA PRAECLARISSIMI CANDIDATI CAROLI HENRICI SCHWABII

NOSSENENSIS

A. D. XVIII SEPT. MDCCCLXXXI.

PUBLICE CELEBRANDA

INDICIT

De eo

*quod inter feudum pecuniarium, pecuniam feudalem, pecuniam ex feudo  
soluendam et constitutum feudale interest.*